

**L**igitur ad frontem scholae hospes processit, ianuas timoris intrat, ubi plures epulas appositae cernerentur, quas prout cui venae in levo pectore saliunt, amoena turba discipulorum avido ore carpebat.

Scolis praeerat tunc Ohtricus quidam facundissimus, aetate illa quasi Cicero unus, cuius memoriale clarum usque nunc per omnem Saxoniam habetur. Quem quantum foret, discipulorum facies inspecta sine lingua sonat et per vicinas urbes circumquaque diffusa sophia digito monstravit.

Apponuntur ad unum pedagogus et herus legere, sicut consuetudo erat domi discere, et adest puero divina gratia, currunt divite vena ingenium, sensus et ratio. Hoc autem asserunt mirabile in eo, si forte magister amoveret pedem, ut proprium est vagis puerorum animis, aliquando prodeunte ludo totum consumpserat diem. Cumque de lecta lectione nec verbum saperet et bene iratus magister flagellare inchoaret: Dimitte me, inquit, legam! et dimissus, ut rem notam optime legit. Dicunt etiam tribus linguis pro una locutum, videlicet admotis urentibus virgis primum „Mi domine“ garrit; iam cum increscit do-

**P**řišel tedy před vchod školy jako host, vešel do brány vzbuzující strach, kde bylo vidět mnoho předložených pokrmů, z nichž si veselý zástup žáků – jak komu pulsovala krev v mladém srdci – dychtivými ústy bral.

Představeným školy byl tehdy jistý Oktrik<sup>15</sup>, velmi výmluvný muž, téměř jako druhý Cicero té doby. Jeho slavná památka žije až dodnes v celém Sasku; jeho velikost hlásá beze slov už jen pouhý pohled na tvář jeho žáků a ukazuje na ni prstem i moudrost, rozšířená po blízkých městech v okolí.

Vojtěchovi byl přidělen vychovatel a dozorce ke čtení, podle zvyku vyučovat doma; milost Boží byla při chlapci, bohatou žilou proudilo nadání, vnímavost i rozum. Tvrdí se o něm podivuhodná věc: Když náhodou učitel vytáhl paty, strávil Vojtěch někdy – jak je to vlastní nesoustředěné chlapecké mysli – celý den hrou. Když z čtené lekce neuměl ani slovo, a pořádně rozhněvaný učitel ho začal bít, zvolal: „Pust mě, přečtu to.“ A když ho učitel pustil, velmi dobře četl, jako by věc již znal. Také prý mluvil třemi jazyky místo jedním; když totiž učitel sáhne k palčivým prutům, nejprve volá „mi domine“, když již roste bolest,

lor, qui legem non habet, eodem verbo nunc Saxo, nunc Sclavus misericordiam clamat. Auditoribus enim usus erat latialiter fari, nec ausus est quisquam coram magistro lingua barbara loqui.

VI.

**A**nnos ter ternos in arena studii palestram exercet ingenii, effodiens terrae cordis obtusos sensus, contra ignorantiae densam noctem praetendit scientiae diem. Post capella regis magistrum tulit, scola dixit: Sat prata biberunt! discipulorum divisa manus certas sedes domosque revisant. Repatriat novo nomine Adelbertus, portans secum dulces sapientiae liquores, dat caris parentibus visus filius gaudium magnum. Hoc toto tempore adeo lascivus erat ut homo, incubat terrenis deliciis, vacat puerilibus iocis, querens cibum et potum ut pecus incurvat vultum, nescit cernere caelum.

kteřá nezna zákona, týmž slovy prosí o milosrdenství hned Sas, hned Slovan. Bylo totiž tehdy zvykem, že žáci mluvili latinsky a nikdo se neodvážoval mluvit před učitelem barbarským jazykem.

VI.

**T**řikrát tři roky vzdělával ve školní aréně své duševní schopnosti, dobýváje z půdy srdce zasuté myšlenky, zmočňoval se světa vědní proti husté tmě nevědomosti. Pak jim učitele odňal královský dvůr<sup>16</sup> a škola řekla: „Dost se již napily louky.“<sup>17</sup> Družina žáků se rozešla, každý se vrátil do svého sídla a domova. Vrátil se i Vojtěch s novým jménem Adalbert, nesa s sebou sladké nápoje moudrosti, a pohled na syna způsobil rodičům velikou radost. Po celý ten čas byl bujný jako každý jiný chlapec, oddával se světským rozkoším a prováděl chlapecké žerty, hleděl si jídla a pití, jako dobytče skláněl tvář k zemi, neuměl se dívat k nebi.